

Breiband 2
H.I S. 23

1220 Februar 11.

[36]

Der Abt Heinrich von Helmarshausen verpachtet dem Ritter Bertold von Brunesen Güter in Haldungen (bei Hümmel, Kr. Hofgeismar) und trifft darüber wie über Güter in Wicmanessen, die der Genannte dem Hospitale hinterlassen will, Anordnungen.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Heinricus abbas et Johannes prepositus in Helmwardeshusen notum facimus tam presentibus quam futuris presentis pagine inspectoribus, quod domino Bertoldo militi de Brunesen et domine Rechelindi uxori sue bona in Haldunken ecclesie nostre, ut in tempore vite sue consuetam pensionem exsolvant, dedimus excolenda his condicionibus appositis, quod iam dictus dominus Bertoldus et sua uxor sumptus, quos facerent in bonis illis excolendis sive edificandis, ecclesie Helmwardensi ex consensu heredum suorum pro remedio animarum suarum integraliter conferant ita, ut nullus ex eorum heredibus aliquod ius haberet in predictis bonis sive in expensis repetendis. Cautum est etiam in hoc contractu, quod nullus successorum nostrorum illis hec bona, quamdiu debitam pensionem solverent, posset auferre. Preterea supradictus dominus B. bona quedam in vila (!) Wicmannessen comparavit, ut in tempore vite sue et uxorius sue certum censem eius-

dem ecclesie solvant hospitali et post mortem ipsorum pro remedio parentum suorum eadem bona cum omni integritate cedant hospitali. Ut autem tam rationabile factum apud posteros maneat inconclusum presentem paginam conscribi fecimus et apensione sigilli Frithsraeliensis et Geismariensis prepositi, qui in hoc presens erat contractu, et ecclesie nostre sigillo fecimus corroborari. Huius rei testes sunt, qui presentes erant: dominus G. prepositus Frithsraeliensis, H. et G. sacerdotes in Geismaria, Stephanus miles, Lutfridus miles, Reinboldus miles, scultetus Joannes, advocatus Hermannus, Tidericus Sapiens, Joannes de Desne. Anno M^oCC^oXX, indictione VIII.^{va}, III^o idus Februarii.

Orig. 2 Siegel ab.

Druck: Pfaff, a. a. D., S. 166 f. nach Overham V, 216 und dem älteren Kopialbuch im St.-A. Marburg.